Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35494
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

1.

nugis et ioco ac fabulis
vacantes. Pro ad honorem
individue trinitatis et
ad informacionem simplicium
sacerdotum iuxta mei inge-
nioli ruditatem quoddam
compendiosum tractatum divi-
na cooperante gratia duxi-
duximus compilare in quo
tractatum agere. Capitula

Quid confessor considerat
conditiones confi-
tentis. De forma inci-
piendi confessionem et cir-
cumstanciis peccatorum.
De septem principali-
bus viciis. De filiabus
superbie. De transgres-
sionibus decem mandatorum
legis. De districtione
sive de gravibus mandato-
rum. De peccatis contra
articulos fidei. De pec-
catis contra sacramenta
ecclesie. De negligencia
operum misericordie. De negli-
gencia sensuum corporalium.
De inquisicionibus circa offi-
cia singulorum. De pavi-
dis et erubescentibus
confiteri. De duris et
obstinatis. Et de penis
inferni. De fine confessi-
onis. De forma absolucio-
nis. De casibus pro quibus
est ad superiorem recurren-
dum. Primum Capitulum quid
confessor debet considerare circa
et condiciones confitentis.

Primum Capitulum
est quod confessor debet
considerare condiciones
confiteri volentis. Unde notandum
quod confessor sedens ad con-
fessiones audiendas. Si
confiteri volentem non cognos-
cat inquirat ab eo an sit su-
us parrochianus an non.
Si non est suus aperte non debet
audire nisi sit in articulo et
necessitate mortis constitutus
vel nisi dicat se venire ad
eum de sui parrochiani vel
sacerdotis licencia speciali. In
quo tamen credendum est sibi
secundum formam quod dicit decretum et non
ad penitenciam cum mendacio
venire non est credendum.
Si vero est suus parrochia-
nus confitente confessor utrum inquirat
sit masculus aut femina.
Si masculus est consideret utrum
clericus aut laycus. Si
clericus sit consideret et inquirat
utrum sit secularis aut
religiosus. In minoribus or-
dinibus an in sacris constitutus.
Utrum sit subditus aut prelatus

BIBLIOTHECA